Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

discipulis mandata domini verbis proponat. Duris uero
corde et simplicioribus factis suis diuina perceptra demon
strat. Omnia uero que discipulos docuerit esse contraria.
suis factis indicet non agenda. ne alios pdicans ipse repro
bus efficiatur. nequando illi dicat deus peccanti. Quare
tu enarras iustitias meas. et assumis testamentum meum
per os tuum. Tu uero odisti disciplinam. et proiecisti sermones
meos post te. Et qui in fratris tui oculo festucam uidebas. in
tuo trabem non uidisti. Non ab eo plona in monasterio
discernat. Non unus plus ametur quam alius. nisi quem in
bonis actibus aut obedientia maiorem inuenerit meliorem. Non
ponatur ingenuus. ex seruitio conuertus. nisi alia ratio na
bilis causa existat. Quod si ita iustum dictante abbate
uisum fuerit. et de cuiuslibet ordine id fiat. Sin alias pro
pria teneant loca. quia siue seruus siue liber omnes in ep̃o
unum sumus. et sub uno dno equalem seruitutis militiam
baiulamus. quia non est apud dominum plonarum acceptio.
Solum modo in hac parte apud ipsum discernimur. si meliores
ab aliis in bonis operibus et humiles fuerint. Ergo
equalis sit ab eo omnibus caritas. una pbatur omnibus se
cundum merita disciplina. Diuisio capitum viii.
Nomina uanitatis sua abbas. aplicam debet semper illam
formam seruare. in qua dicat. Argue. obsecra. increpa. id est
miscens tẽporibus tempora. terroribus blandimenta.
Durum ingerat. pui pris ostendat affectum. id est indisciplina
tos et inquietos debet durius arguere. obedientes autem et
mites et patientes ut in melius proficiant obsecrare. negligen
tes autem et contemnentes ut increpet admoneamus. Nec dissi